

August Varenius

Augustus Varenius, D. Consistorii Sereniss. Ducum Assessor ... ad Exequias quas ... Dn. Johanni Danckwerts/ Rostoch. fulgidissimo, Marito Parentiq[ue] suo desideratissimo nunc, mente coelo recepta, Beato ... Matrona nunc Vidua moestissima Wendula Schmidia ... dati Heredes Liberi hodie d. XXV. Iun. in templo Mariano parant Acad. Cives publice invitat

Rostochii: Keilenbergius, 1678

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770471501>


Druck Freier  Zugang




Varenius, A.,
in
J. Danckwerts.

Rost. 1678.

15.





82
AUGUSTUS VARENIUS, D.

Consistorij Sereniss. Ducum Assessor, Collegii
Theologici Senior, Acad. Rostoch. h. t. RECTOR
ad Exequias

Amplissimo & Prudentissimo VIRO
DN JOHANNI
Dancwerts /

Senatorij Rostoch. fulgidissimo, Marito Parentiq;
suo desideratissimo

nunc, mente cœlo recepta, BEATO
Lectissima virtutibq; sui sexus laudatissima Matrona
nunc Vidua mœstissima

WENDVLA SCHMIDIA,

ceteriq; floridissimi, etsi nunc ex tanto sibiq; præmaturò casu
in dolorem mœroremq; dati

HEREDES LIBERI

hodie d. XXV. Jun. in templo Mariano parant

Acad. Cives publicè invitat.

Matth. XXVII, 57. Marci XV, 43-44. Luc. XXIII, 50. 51. Joh. XIX, 38.

*Ecce venit quidam homo Dives, Arimathæensis, nomine JOSEPH Discipulus
JESU, honestus Senator, Vir bonus ac justus, qui non assensus fuerat con-
silio ac facto eorum, qui & ipse expectabat regnum Dei, & sidenti animo
introijt ad Pilatum, ut peteret corpus Jesu.*

*Pilatus autem miratus jam mortuum, re, ex Centurione cognitâ, donavit cor-
pus JOSEPHO.*

Rostochii Anno MDCC LXXIIX. Prelo FRID. KEILENBERGII,
Acad. Typographi.

QUæ de vanissimâ vitæ mortalis fugacitate, quamq; illa
 habeat instar *vaporis, umbræ, fumi, ventuli, nihili*, nec minùs, quæ
 de arcanâ certissimæ mortis incertitudine, propiori uno vel altero
 Programme commentati sumus, ut vel ex ipsa, etsi fugacis-
 simæ brevissimæq; tot molestiis tamen infestæ vitæ caducæ, tantisq; adver-
 sitatum nebulis, nubilisq; involutæ, caliginosissimæq; sic vitæ vanitate, iner-
 tis *brumæ* instar habente, & nos & alios ad amoenissima æternaq; regni cœ-
 lestis gaudiis, ab ipso Salvatore venustissimæ anni parti ÆSTATI comparata
 revocaremùs, illorum grave quidem tristissimùmq;, luculentum tamé no-
 vumq; exemplū præbet Vir Amplif. & Integer. DN. JOHANNES Danc-
 werts/Senator Rost. Prudentif. & undiquaq; laudatissimus, post præludia
 quædam horroris febrilis inde ab occidente diè XII. Jun. frustra, prævalen-
 tē morbi paroxysmo, oppositis Antidoris & ex arte Medicâ remediis selectis-
 simis, nuper d. XIX. Jun. horâ 11. nocturnâ, festinatâ, Viro longiore vitâ di-
 gnissimo, placidâ tamen beataq; morte, XXV. diebus ante quinquagesimum
 (qui ceteroqvi olim militem absoluebat, prout sexagesimus Senatorem
 non cogebat) absolutum defunctus, & ex terrestri hac curiâ, ad cœlestem il-
 lam REGIS aulam curiamve, *ubi sunt gaudia*, translatus. In cujus supre-
 morum traditione non equidem prætereunda, quæ sive ex natalium famili-
 æve honestissimæ dignitate, sive ex ipsa, quæ Juveni olim, & Virò undiquaq;
 prosperrima præfluxit, felicitate, commemoranda, de more erant. Quan-
 quam, quod ad illam attinet, contenti erimùs solâ traditione diei natalis, qui
 ipsi obigit XV. Jul. a. c. 1063. & mentione Parentis & Avi, utriusqve
Functo cognominis, utriusq; Civis integerrimi, illius quoq; *Mercatoris flo-*
rentissimi, Matris itē & Avia, illius quidem ELISABETHÆ Rosen *hujus*
autē CATHARINÆ Stadenbergs Matrona olim sui sexus dotibus fulgidissi-
 marum, quod ad alteram autem partem s. ipsam cum ulatissimam FUNCTI
 felicitatē facit, circa illam prolixior se commentandi materia aperit. Cùm
 enim Hebræis & Arabibus mas omnis distingvatur in **בַּיִת** vel **בְּתוּלָה** s.
cælibem, & **עַצוּר** vel **עַצוּרָה** i. e. *conjugatum* vel *patremfamilias*,
 vinculo quippe matrimonii *astrictum*, à quo ille *liber*, & uxori non *astrictus*,
 sibi est *reluctus*, sive in illa quæ *Conjugium* antecessit, sive quæ exinde successit,
 ætate, multa Viri prosperitas felicitasq; consideretur, ubiq; benignius differē-
 di argumentum panditur. Nam is, postquam ex ephēbis excessit, simul *bo-*
nesta mercatura, quæ *Ambubajarum collegia* transcendit, institutum vitæ
 paternæ secuturus, & mercimoniis e *undis* vendundisq; operam accom-
 modaturus, nomen dedit, *Rigam*, celeberrimū illud Livoniæ emporiū adiit,
 cumq;

eumq; in ipso statim ingressu Patronum ibi Dominumq; nactus esset munificentissimum, Senatorem & Negotiatorem longo rerum usu potentissimum DN. JOHANNEM Schwarz per Sexennium sub tanto, qui & præceptis & exemplis, ingeniosi fortunatq; mercatoris artes omnes docere poterat, mercimoniorum & inde lucrorum Induperatore, tantum profecit, ut expleto illo, jam non per Livoniam saltim: sed & Russiam, Poloniam, quin plus ultra dum jam non

Luctantem Liariis fluitibus Africum

Mercator metuit

Daniam, Hollandiam peregrinantis illius & negotiorum consilia cum peritissimis mercimoniorum Magistris participantis, virtus & solertia inclaruerit, atq; sic multis nostri ordinis Juvenibus exemplum gravissimæ illius, quæ apud Isocratem ad Demonicum extat, sententiæ præbuerit: *Quam*, inquit, *Mercatores rei familiaris augenda gratiâ, tanta maria immittant, turpe fuerit, Adolescentes excolendi ingenii causa, nec terrestre iter velle suscipere, ad eos qui se aliquid utile docturos profitentur.* Quantum autem, ex quo patriæ Rostochio redditus, procurrenti adeo Viri fortunæ accessit auctarium!

Hoc verò vel ipsa WENDULA, NICOLAI Schmid, Negotiatoris opulentissimi & ædis titulo S. Mariæ Præfecti fidelissimi p. m. dulcissima tunc Filia, & venustissimum Virginum Decus, nunc, ex tanto Mariti casu, *Turtur maestissimus*, a. c. 1030 L. circa solemne Michaelis domum ducta, Hoc ex floridissimo thalamo nata, *suboles τῶν ἐν δὲ α, ex quâ*, post HENRICUM, & utraq; ELISABETAM, molliori ætate, NICOLAUM autem in ipso juventutis actuumq; feliciter succedentium flore, cælo præmissos, quod ad novum facere videbatur felicitatis incrementum, superest & vitali vescitur aurâ, *Parenti, Avo, Proavo cognominis, nascendi sorte primogenitus JOHANNES Dantwerts J. U. Doctor*, cum ex obtento non adeo diu in *Ersurina* Doctorali Bireto, tum ex SPONSA *Virgine Nobilissimâ suâ, sexus docibus splendidissimâ, SUSANNA ELISABETA, Amplis. & Consultis, Viri ac Domini DN. D. NICOLAI SCHOMERI, Jcti & causarum Advocati veterani felicissimi, antehac Brunsvicens. Syndici, nunc inlyta Imperialis Reip. Lübecensis Senatoris primarii, Filiâ venustissimâ, per conventionem nuper matrimoniale, solemni Ceremoniâ, extra præsens funus fuisset, propediem consummandam, fulgidissimus, superest ANNA, nascendi ordine tertia, Cl. Viro JOHANNI CHRISTIANO Kochi Civitat. Rostoch. Secretario, paulò ante biennium connubio feliciter juncta, Mater ipsa WENDULÆ: sed quam, etsi venustissimum Parentibus, Avo, Aviaq; oculorum philtum, festina mors demersit, & acerbo Parentibus funere merfit, superest CASPARUS mercimoniorum causâ, cælo peregrino, *Bergis Norwegorum**

jame

iamdudum commissus, supersunt, moestissimæq; matri viduæ præsentem
 collachrymantur, JOACHIMUS, LL. Stud. WENDULA, CATHARINA,
 FRIDERICUS. Hoc, post inferiora, quæ de more Majorum Civibus com-
 mituntur, officia omnia, eximia laude, longo ordine subita, cum amplius Rei-
 publicæ profutura spectatissima Viri virtus videretur, publicis honestis-
 simisq; suffragiis oblata, a. 1667. ipsâ Matthiæ die, *Senatorii ordinis dignitas*,
 laudatissime & cum omnium Bonorum applausu gesta, clarissime loquitur.
 Quod si inter hæc punctus aliquando molestiis, calumniis, & siye mari terra-
 ve, ac vel ex flammâ recetiore, damnis fuerit, inter spinas atq; sentes lætissime
 ipse Rosa floruit. Memorabile planè ac post fata Josepho gloriosum, cumq;
 ævo ex æquo duraturum illud encomium est, in quo dignè describendo
 IV. Evangelistarum pulcherimum observare licet concentricum & lingu-
 lorum Symbolam. Virum ipsum patriâ *Arimathæensem* s. ex municipio
 vicino Hierosolymis *Rama*, vel Syrà inflexione ΝΝΩΝ oriundum, ita ta-
 men ut domicilium & sedem suarum fortunarū habuerit Hierosolyma, ho-
 noris dignitatisq; vocabulo *Marcus & Lucas* l. alleg. appellat *βουλευτήν* i. e.
 SENATOREM, quod usq; adeo amplum fulgidumq; nomen habitum sem-
 per, ut non saltem qui in municipiis *Decuriones*: sed & qui siye in Aristocra-
 tiâ & Politia e. c. Romanâ, *Senatum*, siye in Monarchiâ *Consilium*, prout ho-
 die Regum, Regnorumve *Consistorium*, vel *Parlamentum* quod alibi vo-
 cant, constituerunt & nunc quoq; constituunt, ipsâ hæc voce Græca, Latino
 sermone expressâ BULEVTÆ fuerint appellati, & confessus, SENATUS ve-
 talis, BULE, prout locus ipse s. Curia, *βουλευτήριον*, ut per hoc adeo BU-
 LEVTÆ nomen, Josephus, etsi nec ex *Pilati Consilio* (præsides quippe in Cō-
 silio non utebantur, nisi Romanorum Civium suffragiis, usq; adeo, ut etiam
 jus Romanæ Civitatis adepti, in illâ provinciâ, ex quâ orti erant, assidere Præ-
 sidi vetarentur) nec *Arimathææ Decurio* fuit, non saltem *Senator* vel *Con-
 sul primarius* in Senatu urbis s. *Curia Hierosolymitana* esse potuerit: sed &
supremi Synedrui Assessor, & Nicodemi, prout nunc in curando funere Jesu:
 ita jam antea in eodem maximo Judæorum concilio, Collega (etsi neuter hic
 appellatur *ἀρχων*, Nicodemus quoq; solo caractere *nocturni cum à Domino
 JESU collocutoris* designatur eonf. Joh. III, 1. e. VII, 50. 51. c. XIX, 39. 40.) pro
 quo facit character apud Lucam, sanè non de remotiori: sed propiori & ma-
 xime *nocturnâ* illâ Mat. XXVII, 65. 66. ac iteratâ *matutinâ* (vid. Luc. XXII,
 66. 71.) *consultatione de JESU* è medio rollendo, intelligendus, cui decreto
 ejusq; executioni consensum (qui æquè ac dissensus non attenditur, nisi in illo
 qui habet jus voti vel suffragii) Josephus non dederit. Quid autem de tan-
 to *Senatore Hierosolymitano* pronūciant, qui singuli suū *συμβάλλον μέρος*
 hic

hic conferunt, Evangelista? Matthæus: *Hominem DIVITEM* appellat, Licet autem, quod de EPISCOPO pronunciatum ab Hieron. est ep. 85. ad Evagrium, etiam de SENATORE valeat, & potentia divitiarum & paupertatis humilitas neutrum sublimiorem vel inferiorem faciat, & ex Consilio Iſocratis, Demonico acclamatum: *Μαλλον ἀποδέχου δικαίας πένιαν, ἢ πλοῦτον ἄδικον*, ac inde Claudianus, probaturus quantum paupertas sobria possit, *Curius, Fabricius, Serranos Dictatores* allegaverit, cuius illud

Pauper erat *Curius*, Reges cum vinceret armis

Pauper *Fabricius*, Pyrrhi cum sperneret aurum

Sordida *Serranus* flexit Dictator aratra

quin in priscis illis Senatoribus usq; adeo non ad divitias: sed ad dignam Senatore virtutem respectus, ut opulentioribus quoq; etsi consilio egregiis, ab *Ostracismo* vel *Petalismo* periculum fuerit, quomodo *Fabricius Luscinius Cornelium Rufum* duobus Consulatus & dictaturâ speciosissimè functū, quod decem pondo vasa argentea comparasset, perinde ac malo exemplo luxuriosum, Senatu movit, invidiosum nimis ratus censum, *Senatorem Romanū decem pondo argenti possidere*, omnino tamē, quod divitia s. πλοῦτος non semper sint ὑπερήτης κακίας s. *minister malignitatis*: sed & ubi prudenter & à Sanctis possidentur ὑπερήτης quoq; esse possint καλοκαγαθίας, s. *ministrare bone honestæq; actionis*, quo luculentiori exemplo remonstrari poterat, quam præsentis JOSEPHI, qui nec sordidè in arcâ recondidit, nec prodigè, *decorum pretiosus emtor*, erogavit: sed ad puram *Sindonem*, ad pretiosa lintea, corpori capitiq; mortui PRINCIPIS VITÆ velando, ad illa ὀθόνια, & ab his distinctum *Sudarium* Joh. XIX, 40. c. XX, 6. 7. ad parandum in specore rupi excavatæ, novum monumentum futurum VITÆ sepulcrum Matt. XXVII, 59. 60. prout Nicodemus centum libras pretiosissimorum aromatum ad *pollinisationem* vel ἐταφίσεις μὲν Corporis JESU contribuit, & Josepho Autori Sanctissimi consilii, & operis, in partem curarum venit Joh. XIX, 39. 40. 41. ut sic quod de Curatore corporis Jesu mortui futuro DIVITE prædictum erat Itaq; c. LII, 9. in Josepho præcipuè adimpletum fuerit. Quid autem ad encomiū Josephi Senatoris confert Marcus? Duo sanè elogia, CHRISTIANO Senatori maximè decora, alterum, quod ad mores Viri dignitati decoros faciebat, alterū, quod ad religiosâ pietatē, illud, quod fuerit ἐυχρηµων βουλευτής i. e. talis SENATOR, qui prout requirebat, ipsa muneris dignitas, decore graviter, compositè sese gerebat, non sordida per tabernas evagatione, non tensorio avaritiæ s. δάροφαιρίας, vel quocunq; alio flagitio s. crimine, clarissimam dignitatem infamabat, nec sive odio s. malignitate, cui falsa species liber-

libertatis, sive studio, cui scđdum crimen servitutis inest, laborabat: sed utri-
 usq; causas procul habebat, nec a publicā functione locupletior: sed laudatior
 (quod requirit Iocrates) & contentus conscientia recte factorū, redibat, atq;
 sic erat qualem expressit Syrus כִּרְמָרָא בְּרִיטְרָא i. e. honore dignus, auto-
 ritate gravis, & honorabilis Bulevra s. Senator, vel prout Lutherus reddidit:
 Εἰς εὐρηστὴν ῥαῆς ἤεν: hoc autem, quod prout Simeon ille Simeon, nec
 minus Hanna Prophetissa aliq; tunc p̄i Hierosolymitan i memorantur ex-
 pectasse consolationē s. redemptionem in Israel, Luc. II, 25. 37. 38. ita JOSEPHUS
 expectasse dicatur regnum Dei, non terrestre illud, & seculi pompā splen-
 didum (quale de illo entymema erat Judæorum & aliquando quoq; Aposto-
 lorū) sed spirituale & cœleste, quale conveniebat REGI crucifixo Joh. XIX,
 37. decantatum adeo in hymno Sachariæ Luc. I. 69. 71. & seqq. An verò nihil
 ad SENATOREM Josephū contulerit Lucas! Hoc vero prohibet locus in-
 scriptus. Sand non illud saltem de desiderio regni illius jam ex Marco nota-
 tum, ipse quoq; meminuit: sed & duo addit, quorum alterum jurū, alterum
 facti, vel exemplum quasi regulæ est. Josephus, inquit, Senator, erat Vir
 bonus ac justus, quod licet videatur pari modo habendum, quo de Simeone
 pronuntiatur, quod fuerit justus & pius, ac illud justiciæ encomium referendum
 ad venam fidem in Messiam, qui est DOMINUS JUSTITIA NOSTRA Jer.
 XXIII. 6. eadem prorsus ratione, quā de Ambarno dicitur, quod crediderit,
 & hoc ei ad justitiam imputatum fuerit, Rom. IV, 3. hoc loco tamen, ubi illa
 fides altero potius expectationis regni, & Discipulatus Jesu charactere notatur,
 exegeticum poterat haberi illius εὐχόμενος, ita ut quærenti quis Senator
 sit εὐχόμενος s. honorabilis: Respondeatur, is qui in illā Senatoriā dignitate se
 probat esse Virum bonum i. e. beneficium, s. benignum, mitem, liberalem (quo-
 modo oculo bono i. e. benigno, liberali, opponitur oculus malus vel avarus
 Deut. XV, 9. Matth. XX, 15.) & JUSTUM i. e. recti justiq; consilii, propositivæ
 tenacem, nemini injuriam inferentē, strenuum verò & immobilem justitiæ
 cultorem, sic ut Sol ipse potius a suā eclipticā, quā ipse a suo illo justitiæ
 cursu exorbitet, ac talem justum & tenacem propositi Virum, non civium ar-
 dor prava jubentium non vultus instantis Tyranni, quales olim Caji & Nero-
 nes, mente solida quatit, quin, si fructus illabatur orbis, impavidum feriant
 ruina. Atq; ita JOSEPHUS & BONUS (in curando funere JESU liberalis-
 simus) & JUSTUS, exemplo Regulæ Senatoriæ mox addito remonstratur
 qui, cum & tumultuariè per Manifestos falsi Testes, JESU, Capitis sententia
 dictaretur, & executio per Vice-Cæsarem Pilatum festinaretur, non saltem
 non in illam βουλήν s. sceleratum illud acceleratumq; Consistorii Hieroso-
 lymie

lymitani Consilium, confessumq; nocturnum & matutinum, nec in illam
πρᾶξις, s. ad illa, cum in Synedrio sacro, tum, post decretum mortis, quoad
 curatam executionem, coram Pontio Pilato, & hujus pratorio consentit: sed
 & innocentis damnationi contradixit, & ad Protocolum referri contra-
 dictionem protestationemq; hanc suam curavit, illa, dum votis numerosiori-
 bus, & prout fieri solet, ubi non ratione: sed impetu agitur, contentione va-
 lidioribus conclamatur, tunc, non sine dolore gemituq; contentus, illustri
 exēplo, licet, in curia probandi illi Lacones haut sint, qui cōsiliū egregiū, nō alio
 magis nomine, quā, quod ipsi non attulere, sunt inimici, & adversus Seni-
 ores peritioresq; usu longo, pervicaces, suæ verò sententiæ adeo tenaces, ut
 cum meliore, et si validis rationibus remonstratā, commutare nolint, quin
 tales vel maximæ, Curia, & per hanc Reipubl. sint pestes, ubi tamen pro suf-
 fragio Jus bonitasq; causæ liquidò militat, ne uni quidem, & vel infirmi loci
 Senatori illa deneganda libertas est, ut non liceat, & quod iustum est, sen-
 tire, & quod sentiat, eloqui, Deo ipso Arcopagitas summos, medios, imos
 attonante! *Ne insisto votis potentiorum, ad malum! Ne loquitor in cau-
 sâ litigiosâ, declinando post potentiores ad pervertendū eam!* Exod XXIII, 2.
 Quid deniq; ad encomium JOSEPHI Senatoris confert dilectionis
 & pectoris JESU Discipulus, JOHANNES? Hoc verò summum faciliè &
 novum, nisi, sensu, jam in præmissis, quod sc. fuerit DISCIPULUS JESU
 (quod Matth. c. XXVII, 57. expresserat: *ἐπαθήτευσεν τῷ Ἰησοῦ* s. *inter il-
 los fuit, qui seipsum conformavit, ut Discipulum se probaret Jesu*, et si, quis,
 quem hæreseos, blasphemia, læsæ majestatis Cæsareæ, ac seditionis accusa-
 verat Synedrium, illi nomen publicè profiteri, præsentissimum secum fere-
 bat excommunicationis ignominiosæ SENATORI reputatæ, periculum,
 hæc genus) *occultus propter metum Judæorum*: sed quem, prout à sapientiâ
 crucis ad tempus permissum, nunc morientis (ad quem Sol atrum Syria
 passus indoluit, terra contremuit, *petra* ex imo sese diffudit, *Sancti sancto-
 rum* porta sese mirando Schismate aperuit, *sepulchrum sanctorum* patuit, Cen-
 turio, percussio pectore nobilem confessionem de CRUCIFIXO *θεῶν ἁπάντων*
 edidit) Virtus abstulit, sic ut jam nec à Pilato *exceptionem læsæ majestatis*, in
 quo crimine corpora ad sepulturam poscere, grande nefas & morte piandū
 erat, nec à Collegiis suis *Archontibus* in Synedrio excommunicaturis, nec à
 populo *lapidaturo* metuens, quā viventi dissimulaverat, mortuo, nunc ab
 ipsâ sententiæ mortis indignitate armatus, reverentiam professus fuerit, hau-
 sus inde & *Crucifixi corpus* à Pilato poscere, & cum, pro liberalitate Præsi-
 dum Romanorum, ad cognitam liquidò per *Centurionem conversum* mor-
 tis insolentioris certitudinem, *donaretur*, & de crucis ligno extractis clavis
 trabali-

trabalibus, collere licuerit & *Sindone involutum*, (ὡς δὲ μυχθαίης subve-
 niente tunc Nicodemo) & *condire & condere*, qvæ & in Johanne ἀπόωτη
 & anterioribus Evangelistis (etsi his de Nicodemo tacentibus) prolixius no-
 tata. Repræsentavimus SENATOREM JOSEPHUM, cui IV. Evange-
 listæ parentarunt, & in qvo, & illud, qvòd in Senatore requirit Cicero: LO-
 CO SENATOR ET MODO ORATO! (i. e. in Senatu legitime convo-
 cato sententiam suam, suo ordine, liberè, perspicuè, rotundè dicitò, contra-
 dicentes, si opus sit, modeste refellito, & vel proprium consilium, simul, mi-
 nus hoc ex salute Reip. fore constabit; abdicato,) & pluscula ex Sacratio
 observare licuit. Redimus nunc ultimo ad nostræ Curia SENATOREM
 de qvo, si quis curiosior inquirat, an etiam habuerit characterem DIVITIS?
 etsi Mercator Poetz audit, *indocilis pauperiem pati*, satis nobis pronunci-
 are, fuisse in DEO divitem, fuisse talem negotiatorem, cui assimilatur re-
 gnum cœlorum, nec sibi: sed Viduis, sed *pauperibus thesaurum recondi-
 disse*, & per hos *feneratum DOMINO* Luc. XII, 21. Matth. XIII, 45, 46.
 Prov. XIX, 7. Si quis sciscitetur, annon fuerit *Vita moribusq; integer*, Vir
bonus & justus, & sic ἐυχρημων Senator? loquetur pro FUNCTO, CURIA, lo-
 quetur Civitas univèria. Si percontetur alius, an etiam fuerit DISCIPU-
 LUS JESU, an etiam *tanto desiderio expectaverit regnum gloria*, an
 tanta ipsi Cura CORPORIS JESU *purè condendi*? hic verò & porticus
 omnis loquetur, & Rev. pl. Archidiaconus, qvique illius absentis, Despotieum
 desideratissimi Corporis & Sanguinis Viaticum cervæ glocitanti dando, vi-
 ces supplevit, Diaconus Marianus, ac ipsa moritari jamjam vox: Mein Herr
 JESU du hast mich in voriger Nacht schon geruffen / daß ich kommen soll / so
 verlanger mich herzlich nach der Stunde / die auch nunmehr bald kommen wird.
 Et ita supremo CHARISSIMIS plangentibus VALE dicto, abiit, abiit SE-
 NATOR laudatus, curia fortè suæ desiderium: sed non minus, DOMUS,
 cui, præcipuè autem VIDUÆ moestissimæ Solamen penetrantissimum in-
 spiret ὁ παράκλητος! Corpus verò dum sub gloriosæ resurrectionis spe
 magnæ matri hodie redditur, ut illi hodie circa 1. postmerid. deducendo in
 aede Marianâ frequentiores conveniatis, & cum Viro, etsi non adeo Lite-
 rato, tamen literarum, & literatorum Fautori supremum honorè solvatis,
 tum verò mortem ubiq; expectare discatis, monemus.


P.P. Rostochii Sub Sigillo Recloratus nostri die (oblata ante 148. annos AU-
 GUST. Confess. Sacro, sc.) XXV. Junij an. CIO IIO LXXIIX.





hic conferunt, Evangelista? Mattheus; *Hominem DIVIT*
autem, quod de EPISCOPO pronunciatum ab Hieron. e
um, etiam de SENATORE valeat, & potentia divitiar
humilitas neutrum sublimiorem vel inferiorem faciat,
cratis, Demonico acclamatum: Μαλλον αποδεχου δικαιο
αδμων, ac inde Claudianus, probaturus quantum paupert
rios, Fabricios, Serranos Dictatores allegaverit, cujus ill
Pauper erat Curius, Reges cum vinceret armis
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum
Sordida Serranus flexit Dictator aratra

quin in priscis illis Senatoribus usq; adeo non ad divitias;
 natore virtutem respectus, ut opulentioribus quoq; et si
 Ostracismo vel Petalismo periculum fuerit, quomodo Fabr
 nelium Russum duobus Consulatus & dictaturam speciosam
 decem pondo vasa argentea comparasset, perinde ac male
 sum, Senatu movit, invidiosum nimis ratus censum, Sena
 cem pondo argenti possidere, omnino tamen, quod divitiis
 per sint ὑπερηγής κακίας s. minister malignitatis: sed &
 Sanctis possidentur ὑπερηγής quoq; esse possint καλοκαγ
 bone honestas, actionis, quo luculentiori exemplo remō
 præsenti JOSEPHI, qui nec sordide in arca recondidit, n
 corum pretiosus emtor, erogavit: sed ad puram Sindonem,
 corpori capitiq; mortui PRINCIPIS VITÆ velando, ad
 distinctum Sudarium Joh. XIX, 40. c. XX, 6. 7. ad parand
 excavata, novum monumentum futurum VITÆ sepulcru
 60. prout Nicodemus centum libras pretiosissimorum ar
 turam vel ἑταφιασμοῦ Corporis JESU contribuit, & Jo
 dissimi consilii, & operis, in partem curarum venit Joh. X
 quod de Curatore corporis Jesu mortui futuro DIVIT
 Itaz c. LII, 9. in Josepho præcipue adimpletum fuerit,
 comiū Josephi Senatoris confert Marcus? Duo sanè elogi
 Senatori maxime decora, alterum, quod ad mores Viri dic
 ciebat, alterū, quod ad religioſā pietatē, illud, quod fuerit
 i.e. talis SENATOR, qui prout requirebat, ipsa munera
 graviter, compositè sese gerebat, non sordida per tabern
 censorio avaritiæ s. διαφοφουλίας, vel quocunq; alio flagit
 sianam dignitatem infamabat, nec sive odio s. malignita



icet
gri
pae
lfo
stav
Ca.

Se
s, ab
Cor
vod
rio
de
em
& a
rare
vām
ede
nea,
o his
upio
l, 59.
lin
San
t sic
erat
ten
NO
s fa
vūg
core
non
aris
ecies
ber